

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta :** 9579

**Auteur(s) :** Rotrou de Warwick, Rouen (archevêque)

**Bénéficiaire(s) :** Gruchet-le-Valasse, Notre-Dame du Vœu du Valasse (abbaye)

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** douteux

**Datation :** 1168, 17 mars

**Lieu d'émission :** Gruchet-le-Valasse

**Action juridique :** confirmation

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Rotrou, archevêque de Rouen, confirme les privilèges et donations faits aux moines de Notre-Dame du Vœu (Le Valasse), une exemption de coutumes concédée par Henri II, les donations et concessions faites par Guillaume le chambellan de Tancarville, par Richard de Vernon, par Matthieu de Gerarville, par Robert le Clerc et par Guillaume de Mireville.

## Tableau de la tradition

### Original

A. Rouen, Arch. dép. Seine-Maritime, 18Hp7.

## Dissertation critique

Transcription : Tamiko Fournier-Fujimoto

Authenticité : Le titre de Renaud (Buglarius) souscrit cet acte pose un doute sur l'authenticité de cet acte. Ici il apparaît comme archidiacre de Rouen, mais selon D. Spear, il accède à ce dignitaire en 1170 : la première mention de Renaud avec ce titre date de 1170 (D. Spear, *The Personnel of Norman Cathedrals*, Londres, 2006, p. 214). En effet il apparaît comme chancelier dans un acte de Rotrou pour Notre-Dame du Pré de Rouen datant de 1170-1183 (Arch. dép. Seine-Maritime, 20Hp5). On peut penser ainsi qu'il est ainsi devenu archidiacre au cours de l'année 1170. Le chartrier du Valasse fournit une autre charte de confirmation donnée par l'archevêque Rotrou en 17 mars 1168, même date que la présente charte (Arch. dép. Seine-Maritime, 18Hp5 : SCRIPTA 1780). Cette fois, Renaud n'est pas encore désigné comme archidiacre mais il porte le titre de chancelier. Quant au contenu de la charte en question (Ibid. 18Hp7), le texte est composé de celui de l'autre charte de Rotrou (18Hp5 : SCRIPTA 1780) et ceux des 6 autres actes ajoutés dont 3 chartes. La composition textuelle présente de remarquables maladdresses, notamment, les textes de ces 3 chartes ajoutées sont laissés à la première personne. Il parait ainsi difficile d'imaginer que cet acte soit préparé par Renaud le chancelier/archidiacre de Rouen. Le parchemin est dépourvu de sceau, bien que une ficelle soit mise au bas de parchemin.

Texte d'après A

Rotrodus Dei gratia Rothomagensis archiepiscopus, dilectis filiis Ricardo abbati de Voto, ejusque fratribus regularem vitam professis imperpetuum. Sancta mater Ecclesia spiritu discretionis et gratie plena, humiles filios provehit et exaltat, et quanto ferventiores in religione conspicit, tanto eos carius amplecti consuevit. Eapropter, dilectissimi filii, quia districtiorem vitam Cisterciensi ordinis strenue vos tenere cognoscimus, sancti patris nostri

pape Alexandri vestigiis inherentes, necnon et predecessoris nostri pie memorie Hugonis archiepiscopi, vos et vestra in quibus divino mancipati estis servicio, sub nostra et sancte Rotomagensis ecclesie protectione suscipimus, et presenti confirmatione comunimus. Statuentes ut quascunq[ue] possessiones, quecunq[ue] bona impresentiarum juste et canonice possidetis et deinceps annuente Domino acquirere poteritis, vobis vestrisq[ue] successoribus firma et illibata permaneant, in quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis. Vallem scilicet ipsam inter Insulam bonam et Bolebec, in qua monasterium vestrum a Mathildi nobilissima imperatrice filioque ejus illustri rege Henrico, in honore sancte Dei genitricis semperque virginis Marie fundatum est, cum terra quam vobis predicta imperatrix emit ab Aaliz uxore Februarii et filiis ejus pro XL. Libris. Grangiam quoque de Parvo Becco, cum omni terra quam vobis ibidem imperatrix et rex dederunt. In foresta etiam Fiscanni totam terram et boscum que vobis ab ipsis collata sunt cum omni libertate, sicut carte eorum testantur et mete ibidem posite dividunt. Necnon et decimas ejusdem terre, ab Henrico abbate Fiscanni et conventu sancte Trinitatis que juris sui sunt, vobis concessas et scripto confirmatas. Ex dono etiam Gualeranni comitis Mellenti et Roberti filii ejus, totam hanc de Linto cum omnibus appendiciis suis, vineas quoque apud Mellentum, tam de dono ipsorum quam suorum hominum. Preterea redditus salis apud Luram ex dono Walteri comitis Giffardi, et quicquid ex aliorum fidelium donatione possidetis, sicut carte donatorum attestantur, vobis nihilominus confirmamus. Alecum quoque .VI. milia apud Pontem Audomari a Galeranno comite Mellenti et Roberto filio ejus vobis data, et in prima septimana quadragesime reddenda. Capellam vero Sancti Marcelli cum proximis agris ab ecclesia Bernacensi in concambio alterius terre vobis datam, sicut a predecessore nostro confirmatum est, nos quoque confirmamus. H[enricus] rex Anglie et dux Normannie et Aquitanie et comes Andegavie, justiciis, vicecomitibus et omnibus ministris suis et nominatim portuum maris totius Anglie et Normannie salutem. Concedo quod omnes res monachorum Sancte Marie de Voto quas homines sui poterint affidare suas esse proprias, sint quiete de modulatione vini et de teloneo et passagio et pontagio et omni consuetudine per totam terram meam et per omnia dominia mea, et prohibeo ne quis eos vel res suas injuste disturbet super L. libras forisfacture. T[estibus], Toma cancellario, et Manasse Biset dapifero, et Willelmo Filio Ham[onis]. Apud Rothomagum. Willelmus camerarius de Tancarvilla omnibus filiis sancte Ecclesie tam presentibus quam futuris salutem. Notum sit vobis me dedisse et concessisse in perpetuam elemosinam Deo et abbacie Sancte Marie de Voto et monachis ibidem Deo servientibus pro salute anime mee et pro anima patris mei et matris mee et animabus antecessorum meorum, omnia aisiamenta sua de hoc quod ad me pertinet in foresta Insule Bone, juxta quam abbatia fundata est, scilicet mortuum boscum ad proprios usus sine venditione, quam inde faciant, herbagium ad animalia et peccora propria usque ad Magnum Queminum quod protenditur a Lilia Bona ad Sanctum Romanum et hoc libere et quiete ab omni consuetudine et exactione seculari. Quod ut imperpetuum ratum permaneat, sigilli mei auctoritate firmavi. T[estibus], Robertus de Vais, Hugo de Drumara. Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris quod Ricardus de Vernone pro salute anime sue et patris sui et omnium antecessorum suorum et uxoris sue et heredum suorum dedi et concessi in perpetuam elemosinam abbacie Sancte Marie de Valatia et conventui ejusdem loci, passagium totius vini sui apud Vernone, liberum et quietum ab omni re et consuetudine illius, scilicet vini quod homines sui poterunt affidare esse suum proprium. Hanc libertatem concesserunt liberi ipsius videlicet Balduinus et Ricardus. Pro hac autem elemosina, Willelmus abbas et totus conventus concesserunt Ricardo et Willelmo patri ipsius et antecessoribus suis et successoribus, fraternitatem et societatem domus illius. Et cum auditus fuerit obitus Ricardi vel Willelmi patris sui, fiet pro ipsis in missis et in psalmis et in aliis beneficiis, sicut pro monacho uno ejusdem loci. Singulis etiam annis commemorabitur in capitulo dies anniversarius obitus eorum, sic fuerit notatus in calendario. Preterea concesserunt eis abbas et conventus quod si dominus de Vernone presentaverit ecclesie clericum unum quod monachus fiat, in monachum suscipietur. Et post mortem ipsius alius suscipietur, si Dominus voluerit, et hoc semper fiet successive quamdiu abbatia illa fuerit. Si tamen clericus presentatus idoneus fuerit. Hujus elemosine sunt testes, Willelmus de Vernone, R. abbas Montis Burgi, Ricardus capellanus, Romanus de Crevecor, Nicholaus Follin, Willelmus Vernei, Willelmus de Coneriis, Willelmus de Goi et plures alii. Ut igitur hec rata et inconcussa permaneant, voluit Ricardus de Vernon ea scripto commendari et sigilli sui actoritate corroborari. In nomine Sancte et individue Trinitatis. Notum sit omnibus fidelibus tam presentibus quam futuris quod ego Matheus de Jerarvilla dedi et confirmavi monachis Sancte Marie de Valatia ibidem Deo servientibus pro salute anime mee et parentum meorum unam pesiam salis in Gerarvilla imperpetuum predictis monachis dandam, sigulis annis in proprio horreo meo tam a me quam ab heredibus meis, ad festum sancti Johannis Baptiste. Et ut ista donatio rata et inconcussa permaneant presenti carta et sigilli mei munimine confirmavi. Huic conventioni affuerunt testes, Magister Rogerus Fiscannensis, et Theobaldus de Hernintot, et Bartholomeus miles, et Ricardus de Buevilla, et Robertus frater ejus et quam plures alii. Et hoc Willelmus filius natus presentis concessit. Iterum Robertus clericus concessit monachis Sancte Marie de Valatia, unam salinam ad Butellies et Willelmus de Mirevilla dimidiam partem

molendini sui de Bolebec. Si qua ergo ecclesiastica secularisve persona hanc nostre constitutionis paginam temerare presumpserit vel vestrum monasterium vexare, fatigare temptaverit, indignationem Dei et sanctorum omnium se incursum sciat, et quia a sacratissimo corpore et sanguine Domini alienus nisi resipuerit, remanebit. Cunctis autem loco vestro sua jura servantibus, sit pax Domini nostri Jesu Christi et gratia per omnia secula seculorum, amen. T[estes]. Ego Rotrodus archiepiscopus Rotomagensis. Ego Ranaldus archidiaconus, et Herbertus canonicus. Datum per manum magistri Rainaldi archidiaconi, anno ab incarnatione Domini M<sup>o</sup>. C<sup>o</sup>. LX<sup>o</sup>VIII<sup>o</sup>, XVI kalendas Aprilis, apud Votum.